

auctor est. Egresias parthalum: Ctesias, Samyrā, Saphanus Semiramini, Archimachus Aegæonē: Byremē Damasthenes erythreos fecisse. Triremē Tucydides Amoclen corinthiū. Quadriremē anstoteles carthaginenses. Quinquæremē instituit Nesichthō salaminus. Sex ordinū Zenazoras syracusius, ab ea ad deciremē Nesigitō, alexandrū magnum ferunt instituisse ad duodecim ordines. philostephanus ptolemæum Soterem ad quindecim. Demetrium anrigoni ad. xxx. ptolemæum philadelphum ad. xl. ptolemæum philopatorem qui Triphō cognominatus est ad. l. Onerariam hippus tyrius inuenit, lembum cyrenēses. Cymbam phœnices. Celocem rhodi cerciram cyprii. Syderū obseruationem in nauigādo phenices. Remum copæ latitudinem eius plateæ. Vela icarus. Malum & antēnam Dedalus Hypagum salaminii, aut pericles atheniēsis Testas longas tasi: antea ex prora tantum & puppi pugnabat. Rostra addidit piseus, & irrheni anchoram. Eupalamius eandem bidentem. anacharis harpagonas. Et manus pericles atheniēsis. amminicula gubernandi typhis. classe princeps depugnauit Minos. a nimial occidit primus Hyperbius Martis filius promætheus bouem.

Cercuron

In quo primus gentium consensus. Capi. lvii.

Gentium consensus tacitus primus omnium conspirauit ut ionum litteris uterentur.

De litteris antiquis. Capi. lviii.

Eteres græcas fuisse easdem pene quæ nunc latine inditio erit delphica tabula antiqui æris: quæ est hodie in palatio dono principum Mineruæ dicata in bibliotheca cū inscriptioe tali. *ἡ αὐτὴ κρᾶτος τῆς α. μ. ε. ν. ο. ἁθῆναιος ἀγέφχεν.*

Quando primum tonsores romæ. Capi. lix.

Equës gentium cōsensus i tonsoribus fuit: sed romanis tardior. in italiam ex sicilia uenere post romā conditā anno q̄dringentesimo quinquagesimo quarto: adducēte. p. ticinio mena ut auctor est Varro: ante intonsi fuere: primus oīum radi quotidie instituit africanus. Sequēs: Diuus augustus cultris semper usus.

Quando primum horologia. Capi. lx.

Ertius cōsensus fuit in horarum obseruatione iam hac ratione accedens. Quādo & a quo in græcia reperta diximus in secundo aolumine. Serius etiam hoc romæ cōtigit. Duodecī tabulis ortus tantū & occasus nominatur, post aliquot ānos adiectus ē & meridies accenso cōsulum id p̄nuntiante cum curio inter rostra & græco statim p̄spexisset talem solem a columna antea ad carcerē inclinato sydere supremā p̄nuntiauit. Sed hoc serenis tantū diebus usq; ad primum punicū bellum. princeps romanis solariū horologium statuissē ante. xii. ānos q̄ cum pyritho belatum est ad ædē Quirini. L. papyrius cufor cū eadem dedicaret a parte suo uocatam a Fabio Vestali p̄ditur. Sed neq; facti horologii rationē uel artificis significat: nec unde translatum est: aut apud quē scriptum id inuenerit. M. Varro primum statutum in publico secundum rostra i colūna tradit bello punico primo. a. m. Valerio messala cōsule catina capta in sicilia. Deportatum inde post. xxx. ānos q̄ de papyriano horologio traditur anno urbis quadringentesimo septuagesimo septimo. Nec congruebāt ad horas eius lineæ. paruerunt tamen ei annis undecim: donec. Q. martius philippus qui cum. L. paulo fuit censor diligentius ordinatum iuxta posuit. idq; munus inter cēloria opera gratissime est acceptum. Etianum tamen nubilo incertæ fuere horæ usq; ad proximum lustrum. tunc Scipio Nasica collega lanati primus aqua diuisit horas æque noctium ac dierum idq; horologium sub tecto dicauit āno urbis. d. lxxxv. Tam diu po. ro. indiscreta lux fuit. Nunc reuertamur ad reliqua animalia: primūq; terrestria.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. VIII.

De animalibus terrestribus. Elephantorum commendatio: & de sensu eorum. Capi. i.

TReliqua transeamus animalia: & primum terrestria. maximū est elephas: p̄ximūq; humanis sensib⁹. Quippe intellectus illis sermonis patrii. Et i primis obediētia: officiorūq; q̄ didicere memoria. Amoris & gloriæ uoluptas: imo uero quæ ēt in hoīe rara probitas: prudētia: æquitas. Religio quoq; syderū solisq; ac lunæ ueneratio. Auctores sunt i mauritaniæ saltibus ad quēdā amnē: cui nomē ē anulo nitescēte luna noua græges eorū descēdere: ibiq; se purificātes solēnit aq; circūspergi: atq; ita salutato sydere i syluas reuerti: uitulorū fatigatos p̄ se ferētes. Alienæ quoq; regionis itelectu credunt maria trāsitari nō ante naues cōscēdere: q̄ iuitari tectoris inreiuādo de reditu. Visiq; sunt fessi agritudine: quando & illas moles infestant morbi: per ærbas lupini i celū iacentes: ueluti tellure præcibus alligata. Nam quod ad docilitatem attinet. Regem adorant. Genua submitunt coronas porrigunt. Indicis arabici minores: quos appellant nothos.

Quando primum iuncti. Capi. ii.

Romæ iuncti primum subire currū Pompei magni africo triumpho. Quod prius india uicta